Quelle:
Copyright:



Cod. CXXX.

Carthac: Fol: Sæc 15. A 6.12.

Sermones varii.

3 Sermones Berth. v. Regensb. (Cassett!)

Sermones varii tam de dominicis, quam de festis, omnis argumenti nullius ordinis, ex variis plurium authorum operibus non ab una manu collecti. Primus sermo incipit: "Cum appropinquasset etc: Tempus hodie incipitur." In interiori parte habetur anni nota: "Anno Domini MCCCCXIIII.

Cod: CXXXI.

Membran: Fol: Sæc: 13.8.14. A 6.13.

Petri Comestoris Historia scholastica.

Codex eleganter scriptus, qui continet Petri Comestoris historiam scholasticam, sive librorum V: et N: Testamenti historicorum breviarium quoddam scholæ usu probatum adjectis subinde præter expositionem variis non tantum ex Josepho judaeo, et probatae fidei, sed etiam ex aprocryphis, atque ethnicis scriptoribus. Præmissa Rubrica, quae in codice nostro haec est: "Prohemium est hic sequens prologus. et differencia talis. In prologo nullam facit mentionem sequentis operis. in prohemio prelibacionem sequencium cum benevolencie captacione." Incipit prologus in hunc modum: "Reverendo patri et domino suo Guillelmo dei gratia Senonensi archiepiscopo Petrus